



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelæ Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Cap. XXII. Germania Christiana, su eius diuisio per Episcopatus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

CAP V T XXII.

Germania Christiana, seu eius diuisio per Episcopatus.

ARCHIEP.			
M A G D E-	Misnensis : <i>Misne en Misnie.</i>		
BVRGENSIS	Merseburgensis : <i>Mersburg.</i>	Imperij	
<i>de Magdebourg,</i>	Nauburgensis : <i>Naumbourg.</i>		
<i>ou Meibourg,</i>	Brandenburgensis : <i>Brandebourg.</i>	Principes.	
PRIMAS, Imperij	Havelburgensis : <i>Havelburg.</i>		
Princeps.			
M O-	Spirensis : <i>Spire.</i>		
GV N T I-	Vormaciensis : <i>Vormes.</i>		
N V S	Argentinensis : <i>Strasbourg.</i>	Impe-	
<i>de Maience,</i>	Herbopolitanus : <i>Vivitzbourg, seu Virtz-</i>		
	<i>bourg.</i>	ri	
ELECTOR	Eistadensis : <i>Aichstet.</i>		
Cancellarii Ger-	Verdensis : <i>Verden.</i>		
maniæ , &	Curiensis : <i>Coire aux Grisons.</i>		
Imperij	Hildeshemienensis : <i>Hildesheim.</i>	Prin-	
Princeps.	Paderbornensis : <i>Paderborn.</i>	cipes.	
	Constantiensis : <i>Constance.</i>		
	Halberstadiensis : <i>Halberstad.</i>		
	Augustanus : <i>Ausbourg en Suaabe.</i>		
	EXEMPTVS	Bambergensis : <i>Bamberg, soli</i>	
		Pontifici paret.	
COLONIENSIS	Leodiensis : <i>Liege.</i>		
<i>de Cologne,</i>	Monasteriensis : <i>Müster en Vestphalie.</i>	Impe-	
ELECTOR Cancel-	Mindensis : <i>Minden.</i>	ri	
larius Italiæ,	Osnabrugensis : <i>Osnabruge, ou Os-</i>	Prin-	
Imperij Princeps.	<i>sembourg.</i>	cipes.	
TREVIRENSIS			
<i>de Treves,</i>	Metensis : <i>Metz</i>		
ELECTOR, Can-	Tullensis : <i>Toul.</i>	en Lorraine	
cellarius Galliæ,	Virdunensis : <i>Verdun.</i>		
Imperij Princeps.			

SA-



SALISBVR-	Frisingensis: <i>Frisingen en Bauiere.</i>	Impe- rij Prin- cipes.
GENSIS	Ratisbonensis: <i>Ratisbonne ou Regenspurch.</i>	
<i>de Salizbourg,</i>	Passiuienensis: <i>Passau en Bauiere.</i>	
Imperij Princeps, & san- ctæ sedis per Germaniam legatus.	Brixinensis: <i>Brixen au Tirol.</i>	
	Gurcensis: <i>Gurcz.</i>	
	Lauentinensis: <i>Lauenmonde.</i>	
	Seckouienensis: <i>Seckou.</i>	
	Chiemensis: <i>Chiemsee.</i>	
EXEMPTI	Viennensis: <i>Vienne en Austriche,</i> Imperij Princeps.	
	Neostadiensis: <i>Nenstadt.</i>	
	Labacensis: <i>Laubach, Imp. Princeps.</i>	

BREMENSIS	Lubecensis: <i>Lubeck.</i>	Imperij Principes.
alias Hāburgensis,	Raceburgensis: <i>Razebourg.</i>	
Imperij Princeps, <i>de Breme.</i>	Suerinensis: <i>Schouerin.</i>	

PRAGENSIS	Litomissensis: <i>Littomissel, seu Leutmeritz en Bohemiae Prague.</i>	[me.
	Olomucensis: <i>Olmutz en Moraue.</i>	

VISONTINVS	Basilensis: <i>Basle, Imperij Princeps.</i>	[me.
de Besançon,	Lausanensis: <i>Lausane.</i>	

Eò quoque nonnulli referunt Episcopatus subditos tribus Archiepiscopis Machlinensi, Traiectino, & Cameracensi Imperij Principi, de quibus egimus in Belgio, quia Belgium partem esse putant inferioris Germaniæ.

Episcopatus autem Germaniæ cis Rhenum, & Danubium antiquissimi sunt, & eiusdem cum Gallicis, & Illyricis vetustatis, sed veræ, & antiquæ Germaniæ nulli ante S. Bonifacium Germanorum Apostolum commemorantur, circa medium octauum saeculi, quo præcipitante Carolus Magnus verè Christianissimus Princeps multos procurauit, atque dotauit, ut Saxonum rebelles animos quos armis tam saepè contuderat, Christo, sibique perpetuos subditos affereret.

SUBDITI	Tridentinus: <i>Trente.</i>	Aqvileensi	Imperij
		in Rep. Venetâ.	Princeps.
<i>Parall. Geogr. Tom. II.</i>			V

ARCHI-	Sedunensis: de Sion en Vallais.	VIENNENSI	Imperij
EPISCOP.	Geneuensis: Geneue en Suisse.	GALLICANO.	Princ.
EXTRA	Lebusiensis: Lebus en Brandebourg.	GENESNENSI	
GERMA-	Caminensis: Camin en Pomeranie.	POLONIAE	
NIAM.	Vratislauiensis: Breslau en Silesie.		

CAPUT XXIII.

De admirandis Germaniae.

RHENVS Fluuius filios Germanorum probat: si enim spurij, abripiuntur, si puro nati sanguine, nouit sibi commissos infantes in summâ aquâ suspendere. *Iulianus Imperator epist. ad Maximum Philosophum: Nazianzenus & alij.*

In Germaniâ visum est Raphanum æquare puerorum magnitudinem. *Castrodorus 12. Variarum.*

Item visus hîc aliquando fauus octo pedum longitudine. *Plinius.*

§. 1. In Heluetiis.

In quodam monte prope Abbatis cellam specus quidam visitur, in quem si quid proieceris, miræ tempestates ciebuntur, & exinde similis turbini emicabit procella. *Vadianus in Melam οὐτόπειρον.*

Prope Glaronam aqua perfrigida multis morbis salutaris. Dicitur oculos perspicaciores reddere, & vetulis adimere surditatem. *Simlerus.*

In Hasiliâ valle prope montem Engleste, aliis Englen, non procul à fonte Arolæ Fl. Fons tantum defluit mensibus Iunio, Iulio, & Augusto, & quidem certis horis duntaxat. In eum autem si quid turpe proieceris hæret aqua ad dies aliquot, quibus elapsis de more euoluitur. *Auctor Chronicorum apud Georgium Versherum in admir. aquis Hungar.*

Versus Alpes frusta glaciei, vulgo Gletscher feruentissima æstate, etiam soli opposita non dissoluuntur. *Henricus Suizerus in Chronicis.*

Ad Lucernam mons Pilati dictus vulgo Fraemont, in cuius vertice stagnum, in hoc si de industria quis lapillum iniecerit (neque enim id contingit, si tantum casu) magnæ concitabuntur in re-